N. 53| Mi charissime frater. Acceptissimæ tuæ de 21 Dec.
lapsi ~~anni~~, et alteræ de 11 Januar. hujus anni,
probè redditæ sunt. Ignosce respondendi moram.
De nato filiolo gratulor ex animo. Conservet
illum unà cum cæteris Dominus, et impleat benedictio-
ne suâ. Jucundiores, credo, sunt utrique parenti va-
gitus ejus, quo insolentiores. Timanni mei literas
tibi fuisse gratissimas scribis. Hermannus ait, se,
non Timannum, scripsisse, ac, si Timanni nomen sub-
jectum inveniatur, id errore commissum esse. Mirum
si alienum nomen supposuisset. Sed hæc est juventutis
vanitas. Hermannus avet Franekeræ esse. ur-
get, inculcat. Cum de sumtibus regerimus, ait, non
dubitare, quin operâ tuâ conditionem adepturus sit, ali-
eno potius quam nostro sumtu vivendi, dum tuâ uti
possit institutione. Ego hæreo. nolim vel tibi,
vel mihi gravem esse. Si quid in medium consulueris
liberè, gratum habebo. Joh. Hollt petiit
nuper pecuniam. misimus cambium de 30 taleris illic
à quodam nomine Laurentii Wolters accipiendis.
Spero rectè usum esse (rationes enim promissas nondum
misit.) prioribus pecuniis, et hisce rectè usurum. Hellin-
gio in honorarium 4 taleros dare jussus est.
Tibi quod debet, pete cum lubuerit. De
munere nuptiali noli esse solicitus. puto supersederi posse.

D. Aſſinis opinionem wegen einer handtſchrift von
100 Rth, quod attinet, Errat. nam n. mihi
ny est, quotas vras paratâ pecuniâ redimere
Es iſt ein obligation von 100 Rth a pa
nro p.m. geliehenen gelts, sub pignore einer
handtſchrift von 100 [illegible] in ein klein hauß
[illegible] haltendt. Die leute sein vor
vor diesem etwa ein Jahr oder 1½ zu mir
bey, demnach folgendts verlegt, und werden
nunmehr Jährlich auf Martini gehefft
Das Capital ist etzliche mahle gefordert
die leute aber haben sich entschuldigt. Si
cedam tibi et mea parte, ut habeas tota
sed non obtrudo. Pro horologio tuo reparando
dedi Imperialem, es hatte sich darauf etzliche wochen
ziemblich wol gehalten, ietzt aber (ob gleich der
Meister ante paucos dies wiedergehabt, stehets
wieder still. Forte morbus e incurabilis. Rem
tam cum arca. Cos. Dozemius vivit, sed va
Weimary Schön obiit: huic successit Dozemii ge
D. Simon-Antonius Lutz-Brockhausen, juris in
Gymnasio nro per annum unum atque alterum professor.
Ad compromissum Geldro-Clivicum dictus
dies e, vicesimus tertius Martii st. v. Illuc igitur

96

unà cum Reip. Lubecensis, cui à parte Geldricæ superarbitrium delatum est, deputato, dno D. Johanne Marquardi, ibo D.V. post hebdomadas quatuor. In reditu operam dabo, ut vos videam. Interim sub Divini numinis protectione quàm prosperrimè agite. Uxor et liberi mecum, te, conjugem, et liberos, etiam atq etiam pariter salvere jubemus. Dab. Bremæ d. 9 Feb. 1650.

T. amantissimus frater
G. Coch. D.

Affini meo salutem.

...rgs...
...ttes, bewilld bezahlt.
Hermannus afferet.
...iplero hodie petam.
...um veniet cum cista.

Fratri chariſſimo
Johanni Coccejo, SS. Th. D.
ejusdemq & Sanctæ Linguæ
Profeſſori in inclyta Friſi:
orum Academia.

Franco bet
Amsterdam

Franeker.

... anni unu atq alte...
Ad compromiſſum Geldro-Cliv...
dies e, vicesimi tertii Martii st. v.